

Opera  
Archii  
Prudenti.

UNIVERSIDAD DE EXTREMADURA

TS-1496



EN-Prudencio 21  
AVRELII T 6-1476  
PRUDENTII,  
CLEMENTIS, VI-  
RI CONSULARIS,  
OPERA

E-51-1  
*VICTORE GISELINO CORRECTA,*  
*& annotationibus illustrata:*  
AD HIPPOLYTVM ESTENSEM CARDI-  
nalem ac Principem illustrissimum.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
In Officina Birckmannica, sumptibus  
Arnoldi Mylij.  
ANNO M. D. XCIV. Bern Domny

Soy de D<sup>r</sup> Baraz.  
Demoguez

VICTORIS  
GISELINI  
FLANDRI PRAE-  
FATIO.

*Ad Hippolytum Estensem cardinalem  
ac principem illustrissi-  
mum,*

Singularem omnium honestarum  
artium patronum.

**E** A C I V N T profecto, Cardi-  
nalis illustrissime, heroicæ tuæ  
ac propediunè virtutes cōiun-  
ctæ cum incredibili studio atq;  
amore erga litteras, hominesq;  
earum scientia excultos, vt non ij solum te  
ament & tanquam numen obseruent, quos  
tua beas præsentia, tuisque opibus in hone-  
stissimo studiorum ocio foues atque ornas,  
sed vt alij etiam, qui semotissimas orbis in-  
habitant plagas, tam nobilis animi fama con-  
citati non visum admirentur & suspiciant.  
Cùm enim isti per eruditissimorum homi-  
num monumenta tuo consecrata nomini,  
quæ nimirum te duce & auctore instituta,  
perfecta & in communem mortalium usum

## E P I S T O L A.

collata fuere, tantopere se proficere sentiūt,  
 vix dixerim quantum sese ipsi tam munifi-  
 cæ tuę liberalitati debere fateantur, quanta  
 que animi æmulatione tantum fœlicitatis  
 bonum Italiæ inuideant, suam interea pa-  
 triam deplorantes, in qua non tantus sit nu-  
 merus eorum, qui præclarissima ingenia ad  
 tam honestos conatus inuitent ac promoue-  
 ant. Neq; id mehercule iniuria. Quid enim  
 principe eo præstantius laudabiliusque fieri  
 potest, qui litteras atque artes bonas & cun-  
 cta Reipub. ornamenta tum amat, tum libe-  
 ralitate summa afficit? Nihil profectò. Si  
 quidem ille non humanæ tantum societati,  
 sed Deo quoque ipsi gratificatur, quòd li-  
 terarum propagatione religionis potissi-  
 mum fundamenta stabiliantur. Exaggererent  
 alij laudes bellicas, numerent triumphos no-  
 bilissimorū imperatorum. Rectius Cicero,  
 qui ea quæ clementer fiunt & benignè, spo-  
 lijsatque trophæis omnibus anteferre non  
 dubitat. Quid autē magis affine clementiæ,  
 quid cum omni benignitatis humanitatis-  
 que laudibus cognatius, quām literarum di-  
 sciplinas, id est religionis & virtutis omnis  
 incunabula nutrire, tueri ac defendere? Mer-  
 itò igitur illi id omni animi contentione  
 ac studio elaborant ut gloriam ac laudem  
 tui nominis (licet singularibus virtutibus in  
 altissimo dignitatis loco positissatis superq;  
 celebratā) cum omni posteritate adæquent.

Meritò

## E P I S T O L A.

Meritò nos exteri hac ratione adiuti, tam liberalem munificentiam tibi ornamento, nobis vsui esse gratulamur: quanquam hoc videamur deteriori cōditione, quod cūm perpetuo tam cari capit is p̄fentia sit carendū, vix vlla futuræ aliquando occasionis affulgeat spes, qua si non pro meritis ( qui enim possimus? ) at certè post nostrō desyderio grati animi significationem exhibeamus. Si autem dērepente aliqua ostēdatur, tum musculo raptim ac temerè parato pocillatoris illius plus satis officiosi instar, dum grati videri yolumus, ridiculi sumus. Quod ne mihi quoque accideret, certè quantum in me fuit operam dedi. Cūm enim tua celsitudo veluti deos & ποτε τῆς μηχανῆς turbatæ nuper Galliæ apparuisset, cupiebam inter tot voces tam oportunum aduentum gratulan tes, & mei quoq; officij aliquam partem extare. At cūm mihi ipse conscius essem nihil heroica tua maiestate dignum à me posse proficisci, tam benignè cum graui aliquo magnæque auctoritatis viro agendum fuit, qui tibi de voluntate obseruantiaque erga te mea spondere non grauaretur. Commodum itaq; occurrebat Aur. Prudentius Clemens, vir consularis, ob incredibile pietatis studium summamq; laudatissimærum scien tiarum cognitionem vnicè suspiciendus. Quem quidem, quia primus ad illustrissimæ artis gloriam verum Christani nominis ti-

A 3 tulum

tulum adiecerit, maxi semper feci, faciā-  
que dum viuam: Bonamq; in spem adducor  
fore vt ille tibi eadem de causa egregiè cha-  
rus sit futurus, & illius de me testimonium  
non minus gratum & acceptum. At quod-  
nam illud, inquis, illius testimoniū? Opera  
sunt piē simul ac fœliciter ab illo iam se-  
nescente annis abhinc mille ducentis con-  
scripta: quæ ad nostram quidem ætatē per-  
uenere, sed ita vulneribus deformata, vt vix  
eadem esse cognoscas. Ea ante aliquot an-  
nos cū duobus manuscriptis Gandaū mis-  
sis diligenter contulerā: ac deinde Louanio  
relicto (vbi tertium exemplar hospes meus  
humanissimus Lucas Mæra studiorum ama-  
tor eximius donarat) nonnihil vacui tempo-  
ris in rure patrio nactus studiosius multò  
adhibitis omnium typographorum editio-  
nibus recognoueram, abstergens quicquid  
vbiq; erat macularū. Atq; hoc animi dunta-  
xat causa. Incredibiles enim voluptatis fru-  
ctus ex eiusmodi lectione capiebam. Verū  
cūm progressu temporis consyderarem nul-  
lum iam penè ex veteribus auctorem resta-  
re, qui nō ingeniosissimorū industria homi-  
num ac præcipuè Marci Antonij Mureti tuī  
(quem in his iure optimo antesignanum sta-  
tu) tersus omnibusq; numeris absolutus in  
lucem prodierit: pessimeq; deinde me habe-  
ret solum hunc poëtā venustate simul ac ve-  
nustate multis ethnicis non inferiorem li-  
rario-

## E P I S T O L A.

brariorum inscitia debitā diuinarum laudū  
 gloriam adeò non ad ipsiī ci vt nunc vulgo et  
 iam vilescere & contemptim haberi cœpe-  
 rit: piè ac honestè facturum me putaui, si ni-  
 tori pristino restitutum hominib. doctis ac  
 pietatis Christianæ studiosis cōmendatiōnē  
 redderem, quibus verò aut visus non est, aut  
 in pretio nullo adhuc fuit, ijs vt in notesce-  
 ret notusq; charior in dies efficeretur. Non  
 enim mihi dubium est quin omnes scripto-  
 rem tam castū lecturi attentius summo illū  
 amore animiq; studio prosequentur, præser-  
 tim cum consyderabunt quām fœliciter ille  
 primus veterū scribendi rationem ad res di-  
 uinas tractandas conuerterit. Nam quantū  
 ego quidē iudicio assequi possum, cùm mi-  
 ra & singularis in eo sit rerum præstantia ac  
 varietas, ornamentis tamen ac luminibus  
 partim à se inuentis, partim ex vberimo ve-  
 terum fonte haustis singula vtcunq; grauia  
 & ardua concinnè ornateq; depingit ac per-  
 sequitur, nihilosecius perpetuò intra cäcel-  
 los sacræ religionis sese continens. Quos si  
 more poëtarum nostri temporis petulanter  
 transilire voluisset, non dubium est quin a-  
 lios sibi coœuos (Ausonium dico & Claudia-  
 num Symmachi intimos) facilè aut vincere,  
 aut ad æquare saltē potuisset. At multò ma-  
 luit cum Christo νήπιον & hostibus deli-  
 rus videri, quā μετά τῶν τέ κόσμου σοφῶν in-  
 ani sapientiæ titulo triumphare, O poetam.

## EPISTOLA.

re & nomine Christianum! Hunc imitetur  
 & veluti exemplar propositum exprimere  
 enitamur: certoq; nobis statuamus propriū  
 ac peculiare poëtarum munus esse Christi  
 gloriam illustrare, eiusque notitiam vi qua-  
 dam occulta ad morum feritatem emollien-  
 dam accommodata mortalium animis inse-  
 rere, solumq; id quod honestum, quod lau-  
 dabile est discendum imitandumq; propo-  
 nere. Postulat enim hoc æquitatis ratio, vt  
 cuius rei ortus ad Deum refertur, usus quo-  
 que eiusdem in eodem glorificando præci-  
 puus sit. Quod nec Pindarus, nec Hesiodus  
 ignorant, dum Musas Ioui patri semper assi-  
 stere comminiscuntur, eius laudes & benefi-  
 cia δυνειούσας. Quid Homerus, Theognis,  
 Callimachus, Orpheus, & si qui gentiles his  
 antiquiores? An non ut munus quod sese à  
 Dijs accepisse fatentur, in eosdem refunde-  
 rent, ingenium omne atque studium p̄xani-  
 bus hymnisque decantandis exercuere? aut  
 certe (quod tantundem est) an non recte &  
 fortiter ab heroibus gesta in aliquas species  
 obliquis figurationibus cum decore aliquo  
 conuersa, obtenuque aliquo specieque ve-  
 lata (sic enim loquitur Laetantius) homini-  
 bus exemplo effingenda proposuere? Sicuti  
 que de Troiani belli scriptore sentit Horati-  
 us. Iam de litteris sacris quid attinet dice-  
 re? Quoties laudandus Deus, quoties illi a-  
 genda gratiæ, quoties sententiosè quid effe-  
 ren-

## E P I S T O L A.

rendum fuit, orationem numeris astricta soluta magis idoneam existimarentur. Verè Basilius, qui non alia de causa Spiritum sanctum ait Dauidi sub rythmorum specie sua prodidisse oracula, quām ut rectam inituri vittæ rationem sanctis exemplis modulatione dulci comprehensis imitarentur, auriumq; voluptate deliniti rei latentis verum perciperent fructum. Nihil enim tam pium, nihil tam salutare, quin illud lubentius legas si grato aliquo verborum lenocinio commendatum subjiciatur. Proinde eundem monētem audiamus, ubi ait, Οὐδὲν μακάριότερον ἔιναι τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι. ἐνθὲ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς ἐυχὰς ὁρμῶσθαι, καὶ ὑμνοῖς καὶ ὄδαῖς γεράργειν τὴν πίσταν ἔται οὐλίς καθαρῶς διαλέμψανται. Θεῖ' ἐργα ταπόριδνον πανταχοῦ αὐτῷ τὸ ἐνχῆς συμπαράσκεψαι, καὶ τοῖς ὑμνοῖς ὥστε εἰδαντα παραπλέειν τὰς ἐργασίας. Hęc prolixius, ut ostendam quantopere illi errent, qui cœlestē hęc poétices facultatem ad res friuolas nulliusq; momenti, amores scilicet fabulas, calumnias, ne dicam turpiora, traducit tantū volunt, quibusq; res diuinis carmine complecti est veritatem mendaciter scribere. Vnum hoc restat, Hippolyte principum decus, summis precibus terogem, ut qua alacritate ex turbulentissimis grauissimorum negotiorum vndis ad hęc humaniora studia tanquam in portum deferri, ibi q; fathiscen- tem laboribus animum colligere consuevit.

E P I S T O L A.

sti, eadem illa religiosissimi huius Pindari  
παρεδας vetustissimorum codicum subsidio  
perpurgatas, pro visitata animi lenitate sub-  
tuis auspicijs emendatius legi & minore ne-  
gocio intelligi patiaris. Quod si impetro,  
magnum certè mihi ad maiora tentanda  
calcar addideris, meque æterno deuin-  
xeris beneficio. Vale præstan-  
tissime literarum patro-  
ne. E Lutetia Pari-  
fiorum.

\* \*



ARNOL.

A R N O L D V S

M A N L I V S

ad V. Giselinum suum.

Fædati mendis veteres sine honore iacebāt:

Barbaries tanti maxima caussa mali.

Egregium formæ decus antiquum q̄ nitorē

Reddidit hæc et as ingeniosa viris.

Sol⁹ adhuc Christi vates lacera ora ferebat,

Expertus medicas non erat ille manus.

Vidit et indoluit Giselin⁹: hic acribin⁹, quit,

Indiget auxilijs, huic opus arte mea.

Macte tuis animis, dabis hæc si munera no-

Te pia posteritas & tua facta canet. (bis,

Sic domitis quōdā mōstris Tyrinthius heros:

Sic retulit Phœbi nomina magna puer.

Ille manu victrice nocentia contulit orbi:

Hic animas lucire reddidit arte sua.

Tu quia Victor & in medica versatus es ar-

Vtraq; Clementi das pia dona tuo. (te,

Ergo iam nitidus, iam demū viuus, honores

Quos meruit quondā te tribuente capit.

LVCAS FR VTERIVS

ad eundem.

Si multum ingenuæ tulère landis

Clari nominibus pecuniosis



Vates quos veterum educauit etas,  
Qui ludibria quilibet Deorum  
Iouem, Mercurium, Thetin, Dianam,  
Pomonam, Cereremq; Liberumq;  
Vestam, Sterculiumq; Cypridemq;  
Ad cœlum lepidis vocant susurris:  
Non sanè leuius sacri poëta  
Primos promeruere palmae honores,  
Quorum in carminibus nihil profani  
Christum præter inest deumq; verum:  
Inter quos adeò tuus poeta  
Principem tenet occupat q; sedem,  
Gisline Aonio calens ab æstro,  
Qui prudenter in hoc sacro poeta  
Prudens ingenij exhibes acumen.  
Nam præter varias grauesq; mendas,  
Quas docto genij tui labore  
Eluisti, alias tamen lacunas  
De libri veteris penure replesti  
Tanto mentis & ingeni decoro,  
Ut Prudentius obstupere possit.  
Sis posthac pius in pios poetas,  
Et quod temporis in profana vatum  
Expendunt alij poëmata, hoc tu  
Das sacris adeo & pijs poetis,  
Sic te Phœbus amet, nouemq; Musæ,  
Sic victis Heliconiæ urbis oris  
Victor magnanimum efferas triumphum.

GEN-

# GÈNNADIVS

PRESBYTER IN CATA-

logo virorum illustrium, hu-  
ius Prudentij sic me-  
minit.

Prudentius vir secularis litteraturæ eruditus, composuit Dittochæum de Veteri, & Novo testamento personis exceptis. Commentatus est & in morem Græcorum Hexaemeron de mundi fabrica, usq; ad conditionem primi hominis, & prævaricationem eius. Composuit & libellos, quos Græca appellatione ptitulauit, ἀποδεώσις, Φορχομαχία, ἀμαρτλγένεια, id est, de diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Feicit & in laudem martyrum sub aliquorum nominibus, In uitatorium ad martyrium librum unum, & Hymnorum alterum; speciali tamen conditione aduersus Symmachum, idolatriam defendantem, ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse. Hæc Gennadius ubi, quia Dittochæum, & commentarios in Hexaemeron, cæteris preponit, hinc subiungit: Composuit & libellos, an Dittochæum aliud opus fuerit, quam nos scripsimus, querendum.

AVRE

AVRELII PRUDENTII,  
AVRELII PRV-  
DENTII VITA PER AL-  
dum Romanum.

**V**R E L I V S Prudentius Cle-  
mens, vir consularis, genere fuit Hi-  
spanus, ex urbe Cæsar Augusta, ut  
ex eo hymno colligimus, quem in  
laudem duodeuiginti martyrum Cæsarau-  
gustanorum scripsit, Fuit homo ingeniosus,  
gravis, & ornatis moribus, ac Christianæ re-  
ligionis obseruantissimus, quod ex ipsius o-  
peribus facile est cognoscere: licet adolescen-  
tiam, & iuuentutem, quum bonis litteris in-  
dulgeret, incontinenter egerit: quod dolet  
ipse in proœmio *ναδημεριῶν* his verbis:

*Aetas prima crepantibus  
Fleuit sub ferulis, mox docuit toga  
Infectū vitijs falsa loqui non sine crimen.*

*Tum lasciva proteruitas,  
Et luxus petulans (heu pudet, ac piget)  
Fædavit iuuenē nequitiæ sordibus, ac luto.  
Fuit & iuris peritus, ac Massaliæ consul.*

*Militauit etiam non sine laude, puto sub  
Honorio, quod sic ipse testatur:*

*Bis legum moderamine  
Frenos nobilium reximus urbium.  
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.  
Tandem militiæ gradu*

*Eue-*

VITA PER ALD. ROM.

*Euectum pietas principis extulit, (ximo.  
Assumptum proprius stare iubēs ordine pro-*

Postremò septimum, & quinquagēsimū annum agens, res ecclesiasticas vario metrorum genere cœpit cōponere ingeniosè quidem, & eleganter, sed spreta interdum syllabarum quātitate in peregrinis dictionibus, & maximè Græcis: non quod putem ipsum ignorasse litteras Græcas, quoniam hi tituli librorum eius redarguūt, Ψυχομαχία, καδημερινὸν, ἀποθέωσις, ἀμαρτγένεια, περὶ τεφάνων, διπλοχάρον, sed Ectasīn, Systolenq; facere posse interdum in rebus sacris sibilicuisse (nisi mendosi codices) fortasse voluit. Dolens præterea nihil scribendo eò ætatis venisse, sic queritur:

*Instat terminus, et diem*

*Vicinum senio iam Deus applicat,*

*Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?*

Floruit temporibus Valentiniani secundi, & Theodosij magni, & filiorum eius Arca-dij & Honorij Imperatorum, quibus & Au-sonius & Claudianus poëtæ, item Hierony-mus, Ambrosius, Augustinus, diui ecclesiæ sanctorum doctores floruerunt. Nam in proœ-mio primi libri contra Symmachum, colli-gimus Prudentiū eo tempore floruisse, quo Symmachus, his ad Christum pro Symma-chō precibus:

*Saluator generis Romulai precor,*

*Qui*

A V R . P R V D E N T .

*Qui cunctis veniam das pereuntibus,  
Qui nullum statuis non operis tui  
Mortalem facili quem releues manu,  
Huus, si potis est, iam miserescito  
Preruptam infoueam præcipitis viri.  
Spirat sacrilegis flatibus inscius,  
Erroresq; suos indocilis fouet.  
Obtestor iubeas, ne citus impetus  
Arsurum mendis inferat ignibus.*

Tum quia contra Symmachum diuus etiam Ambrosius scripsit ad Valentinianum Augustum, perspicimus diui Ambrosij tempestate fuisse Prudentium. In fine autem secundi libri contra Symmachum, videtur Prudentius ad Honorium Theodosij Magni filium dirigere sermonem his carminibus:

*Te precor Aisonij dux Augustissime regni;  
Et tam triste sacrum iubeas, ut cætera tolli.  
Perspice, nōne vacat meriti loc⁹ iste paterni,  
Quē tibi supplendū Deus, & genitoris ami  
Seruabit pietas? solus né præmia tantæ (ca  
Virtutis caperet partem tibi nate referuo?  
Dixit: & integrum decus, intactumq; reli  
quit.*

*Arripe dilatam tua dux in tempora fama,  
Quodquæ patri superest, successor laudis  
habeto.*

*Ille urbem vetuit taurorū sanguine tingui,  
Tu*

VITA PER ALD. ROM.

Tum mortes miserorū hominū prohibeto litari.  
Nullus in urbe cadat, cui sit pæna voluptas.  
Nec sua virginitas oblectet cædibus ora,  
Iam solis contenta feris immanis harena,  
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.  
Sit deuota Deo, sit tanto principe digna,  
Et virtute potens, & criminis inscia Roma,  
Quēq; ducē belli sequitur, pietate sequatur.

Præterea meminit Stiliconis, quem & Rufi-  
num Theodosius Magnus, quum Arcadius, &  
Honorius filij, quos post liberatum orbem,  
subactosque vndique domitosque tyrannos,  
consortes imperij fecerat, nondum maturi  
imperio forent, ductores legit, & Rufinum  
Arcadio adiunxit, & Stiliconem Honorio: &  
Arcadius Constantinopoli, Romæ Hono-  
rius imperauit. Carmina verò quibus de Sti-  
licone Honorij comite meminit, quoniam  
stragem barbarorum continent, qui duce Ra-  
dagasio in Italiam irruperunt (fuit enim nu-  
merus CC. milium) operæ pretium hoc loco  
recenſere existimauimus, sunt autem hæc:

Tentauit Gethicus nuper delere tyrannus  
Italianam, patrio veniens iuratus ab Istro  
Has arces aquare solo, tecta aurea flammis  
Soluere, maſtrucis proceres vestire togatos.  
Iamq; ruēs Venetos turmis protriuerat agros,  
Et Ligurū vastarāt opes, & amœna profundi  
Rura Padi, Thuscumq; solum victo amne pre-  
mebat.

B

Depu-

A V R. P R V D E N T.

Depulit hos equitū nimbus, nō per uigil anser  
Proditor occulti tenebrosa nocte pericli,  
Sed uis crudavirū, perfrā ~~ag~~ congregientū  
Pectora, nec trepidas animus succubere letho  
Propatria, & pulchram per vulnera quere-  
re laudem.

Nunquid & ille dies Ioue cōtulit auspice tantū  
Virtutis pretium? dux agminis, imperij,  
Christipotēs nobis iuuenis fuit, et comes eius,  
Atq[ue] parēs Stilico, Deus unus Christus utrig[ue]  
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti  
Inscripta, cecinēre tubæ, prima hastâ dracones  
Præcurrunt, quæ Christi apicē sublimior effert.  
Illic ter denis Gens exitiabilis annis  
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.  
Corpora famosis olim ditata rapinis  
Incumulos congesta iacent, mirabere seris  
Posteritas seclis inhumata cadauera latè,  
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Romam quoque ex Hispania profectum  
fuisse testatur ipse in libr. IIepi σεφάνωμ, in Cäs-  
siani, Hippolyti, & Petri, & Pauli martyrijs.  
Composuit autem multa quæ titulis Græcis  
ornare operæ pretium duxit, præter duos li-  
bros aduersus Symmachum, ac Romani mar-  
tyris tragœdiam. Ea verò sunt φυχομαχία,  
hoc est, animi pugna, Heroico carmine. Φυχὴ  
enim Græcè, Latinè animus, & μαχομαι pu-  
gno. In eo enim libro vitia cum virtutibus  
pugnant,

VITA PER ALD. ROM.

pugnant, & succumbunt vitia. Καθημερινόν  
hoc est, diurnarū rerū opus. Sunt enim odę ex  
vario metrorum genere à matutino ad ve-  
spertinum crepusculum ἀποθέωσις, hoc est, di-  
uinitas, deificatio, ἀποθέωσις deifico: est enim o-  
pus de rebus diuinis. Αμαρτγένεια, peccatorum  
origo, ἡ ἀμαρτία peccatum, & γενάω genero.  
Scribit enim aduersus Marcionem hæreti-  
cum, qui duos esse Deos dicebat, alterum Ve-  
teris testamenti crudelem, sanguinarium, ac  
pessimum: Noui alterum, pium, misericor-  
dem, optimum: atque animos à bono, à malo  
corpora esse creatā, pugnasseq; eos inter se, at-  
que à malo bonum victum, animumq; in cor-  
pus immissum, & hinc inter carnem & ani-  
mum bella geri intestina assidue: quod confir-  
mabat his Apostoli verbis: Caro concupiscit  
aduersus spiritum, spiritus autem aduersus  
carnem. Id verò, quia fomes peccatorum, ori-  
goque est, ἀμαρτγένεια ei libello inditum est  
nomen. Περὶ στράνων, hoc est, de coronis.  
Sunt enim hymni in laudem martyrum, qui  
quoniam legitimè certauerunt, coronis ho-  
nestati sunt. Διττοχαῖον, duplex cibus, διττὸ<sup>ν</sup>  
duplex, & διττὸ<sup>ν</sup> cibus. Sunt enim tituli histo-  
riarum veteris, & noui testamenti: atque hinc  
puto Dittochæum, hoc est, duplē cibū  
appellatum hunc lībrum à Prudentio. Sed  
quoniam non sic excultus est, & elaboratus  
hic liber, ut cæteri à Poeta compositi, sunt qui  
non esse Prudentij dicunt. Ego verò ipsum à  
cæteris

cæteris separare non sum ausus: tum quia Gen  
nadius, qui post diuum Hieronymum scripsit  
de viris illustribus, Dittochæum à Prudentio  
compositum dicit, tum etiam, quia in anti-  
quissimo codice cæteris Prudentij operibus,  
quæ imprimenda curauimus, insertus & hic  
erat libellus, & pro Dittochæum, dirrochæum,  
titulus, scriptorum culpa, quod conijcio fa-  
cile: quia interpretatum inibi est antiquissi-  
mis characteribus, duplex refectio, pro du-  
plex cibus. Scribit etiam aduersus Symma-  
chum libros duos heroico carmine pulcher-  
rimos, in quibus & doctrinam suam, copiam  
que ac ingenium non mediocre ostendit. Erat  
autem hic Symmachus vrbis romæ præfe-  
ctus, ac summa vir eloquentia, qui ad Valen-  
tinianum, & Theodosium, Arcadiumq; Im-  
peratores legatus à Senatu missus, vt veteres  
deorum cultus reuocarentur, hac de re elegan-  
tem habuit orationem. Quæ impressa inter di-  
ui Ambrosij epistolas visitur, cui & Ambro-  
sius prosa oratione, & Prudentius duobus li-  
bris heroico carmine compositis, aptè, copio-  
seq; respondent. Inquit quoque Gennadius  
Hexaemerón de mundi fabrica, vsq; ad con-  
ditionem primi parentis, & prævaricationem  
eiusdem commentatum fuisse Prudentium,  
quod opus si venisset in manus nostras,  
vnà cum ceteris prodijset in  
publicum.

A V R E L I I P R V-  
D E N T I I C L E M E N T I S,  
viri Consularis, in ψυχομαχια  
Præfatio.

Carmen Iambicum senarium aca-  
talecticum habens locis impari-  
bus Spondeūm, Anapæstum, Iam-  
bum, Tribrachum : Paribus verò  
Iambum & nonnunquam Ana-  
pæstum, in sexto Pyrrhichium et-  
iam.

v - v - - o - - v -

**S**Ex fidelis prima credendi via est  
Abram, beati seminis serus pater,  
Adiecta cuius nomen auxit syllaba,  
Abram parenti dictus, Abraham Deo.

Senile pignus qui dicauit victimæ,  
Docens ad Aram cùm litare quis velit,  
Quod dulce cordi est, quod piū, quod unicū,  
Deo libenter offerendum credito.

Pugnare nosmet cum prophanis Gentibus  
suasit, suumq; suasor exemplum dedit,  
Nec ante prolem coniugalem gignere  
Deo \* placentem, matre Virtute editam, \* parente.

Quām strage multa bellicosus spiritus  
Portenta cordis sauentis vicerit.

A V R. P R V D E N T.

Victum feroceſ fortè reges ceperant  
Loth, immorantem criminosis urbibus  
Sodomæ & Gomorrhae, quas fouebat aduena  
Pollenſ honore patruelis gloriae.

Abram ſinistris excitatus nuntijs  
Audit propinquum forte captum bellica.  
Seruire duris Barbarorum vinculis,  
Armat trecentos terq; ſenos vernulas  
Pergant ut hostiſ terga euntis cedere,  
Quem Gaza diues, ac triumphus nobilis  
Captis tenebat impeditum copijs.  
Quin ipſe ferrum stringit, & plenus Deo  
Reges ſuperbos mole prædarum graues  
Pellit fugatos, fauciatoſ proterit,  
Frangit catenæ, & rapinam liberat,  
Aurum, puellas, paruulos, monilia,  
Greges equarum, vasa, uestem, buculas.  
Loth ipſe ruptis expeditus nexibus  
Attrita boijs colla liber erigit.

Abram triuimphi diſſipator hostijs  
Redit, recepta prole fratriſ inclitus,  
Ne quam fideliſ ſanguinis proſapiam  
Viſ peſimorum poſſideret principum.

Adhuc recentem caede de tanta virūm,  
Donat ſacerdos ferculis cœleſtibus,  
Dei ſacerdos, Rex & idem præpotens,  
Origo cuius fonte inenarrabili  
Secreta, nullum prodiſ autorem ſui:

Melchi-

PSYCHOMACHIA.

Melchisedech, qua stirpe, quis maioribus  
Ignotus, uni cognitus tantum Deo,  
Mox & triformis Angelorum trinitas  
Senis reuisit hospitis mapalia.

\* Et iam vieta Sarra in aluo fertilis  
Munus iuuentæ mater ex anguis stupet,  
Hære de gaudens, & cachinni pœnitens.

Hæc ad figuram prænotata est linea,  
Quam nostra recto vita resculpat pede,  
Vigilandum in armis pectorum fidelium,  
Omnemq; nostri portionem corporis,  
Quæ capta fæde seruiat libidini,  
Domi coactis liberandam viribus.  
Nos esse largè vernularum diuites,  
Si quid trecenti, his nouenis additis  
Possint, figura nouerimus mystica.

Mox ipse Christus, qui sacerdos verus est,  
Parente incenarrabilis atq; uno satus,  
Cibum beatis offerens victoribus,  
Paruam pudici cordis intrabit casam,  
Monstrans honorem trinitatis hospitæ.  
Animam deinde spiritus\* connexibus,  
Pie maritam, proliis expertam diu,  
Faciet perenni fertilem de semine.  
Tunc sera dotem possidens puerpera,  
Hære de digno patris implebit domum.

\* Et iam  
vietæ Sar-  
ra in aluū  
fertile Mu-  
nus venire.

\* Comple-  
xibus.

AUR. PRUDENT.

AURELII PRUDENTII V. C. PSYCHOMACHIAE, ID EST, DE PUGNA ANIMI, LIBER.



*Hriste graues hominum semper miserare labores,  
Qui patria virtute cluis, propriaq; sed una,  
(Vnum nang Deum colimus de nomine trino,*

*Nontamen & solum, qui a tu Deus ex patre Christe)*

*Differe Rex noster, quo milite pellere culpas  
Mens armata queat nostri de pectoris antro,  
Exoritur quoties turbatis sensibus intus  
Seditio, atq; animam morborum rixa fatigat,  
Quod tunc praesidum pro libertate tuenda,  
Quæve acies furij inter præcordia mixtis  
Obsistat meliore manu. Nec enim bone ductor  
Magnarū virtutum inopes, neruisq; carentes  
Christicolas vitij populantibus exposuisti.  
Ipse salutiferas obesse in corpore turmas  
Depugnare iubes, ipse excellentibus armas  
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis  
Oppugnāda potest tibi dimicet, & tibi vincat.*

Vin-

PSYCHOMACHIA.

Vincendi præsens ratio est, si cominus ipsas  
Virtutum facies, & colluctantia contra  
Viribus infestis liceat portenta notare.

FIDEI, ET IDOLOLÀ-  
triæ pugna.

Prima petit campum dubia sub sorte duelli  
Pugnatura Fides, agresti turbida cultu,  
Nuda humeros, intosca comas, exerta lacertos:  
Namq; repentinus laudis calor ad noua feruēs  
Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi.  
Pectore sed fidens valido, membris q; reiectis  
Prouocat insani frangenda pericula belli.

Ecce laceffentem collatis viribus audet  
Prima ferire Fidem veterū cultura Deorū,  
Illa hostile caput, phalerataq; tempora vittis  
Altior insurgens labefactat, & ora cruento  
De pecudū satiata solo applicat, et pede calcat  
Elisos immortem oculos, animamq; malignam  
Fracta intercepti commercia gutturis arctant,  
Difficilemq; obitum suspiria longa fatigant.  
Exultat victrix legio, quam mille coactam  
Martyribus Reginas fides animarat in hostē.  
Nunc fortes socios parta prolaude coronat  
Floribus, ardentiq; iubet vestirier ostro.

PUDICITIAE, ET LIBI-  
dinis pugna.

Ex in gramineo in capo concurrere prōpta  
B 5 Virgo

A V R. PR V D E N T.

Virgo Pudicitia, speciosis fulget in armis:  
Quā patrias succincta faces sodomita Libido  
Agreditur, piceamq; ardenti sulphure pinū  
Ingerit in faciem, pudibunda q; lumina flāmis  
Appetit, & tetro tentat suffundere fumo:  
Sed dextram furia flagrantis, & ignea diræ  
Tela lupæ saxo ferit imperterrita virgo,  
Excussas q; sacro tedas depellit ab ore.

Tunc exarmata iugulum meretricis adacto  
Transfigit gladio, calidos vomit illa vapores  
Sanguine concretos cœnoso, spiritus inde  
Sordibus exhalans vicinas polluit auras.

\*Hoc ha-  
bet.

\*Hoc tibi habe, exclamat victrix Regina, su-  
premus

Hic tibi finis erit, semper prostrata iacebis,  
Nec iam mortiferas audebis spargere flāmas  
Infamulos famulas ué Dei, quib. intima casti  
Vena animi sola feruet de lampade Christi.  
Téne, ô vexatrix hominū, potuisse resumptis  
Viribus extincti capit is recalesce re flatus?  
Assyrium postquā thalamū ceruix Olopherni  
Cæsa, cupidineo madefactum sanguine lauit,  
Gemmaatumq; torū mœchi ducis aspera ludith  
Spreuit, & incestos compescuit ense furores  
Famosum mulier referens ex hoste trophæū  
Non trepidante manu, vindex mea, cœlitus  
audax.

At fortasse parū fortis matrona sub umbra  
Legis

PSYCHOMACHIA.

Legis adhuc pugnās, dū tēpora nostra figurat  
Vera, quibus virtus terrena in corpora fluxit,  
Grāde per infirmos caput excisura ministros.  
Nūquid, & intacte post partū virginis ullis  
Fas tibi iā superest? post partum virginis, ex  
Corporis humani naturā pristina origo (quo  
Deseruit, carnemq; nouam vis ardua fecit,  
At q; innupta Deum cōcepit fœmina Christū,  
Mortali de matre hominē, sed cū patre numē.  
Inde omnis iam diua caro est, qua concipit il-  
Naturamq; Dei consorti fædere sumit. (lum,  
Verbum quippe caro factum, non destitit esse  
Quod fuerat verbū, carnis dū glutinat usū,  
Majestate quidem nō degenerante per usum  
Carnis, sed miseros ad nobilia trahente.  
Ille manet quod semper erat, qd' non erat esse  
Incipiens. Nos, qd' fuimus, iā nō sumus, aucti  
Nascēdo in melius: mīhi cōtulit, & sibi māsit.  
Nec Deo ex nostris minuit sua, sed sua nostris  
Dum tribuit, nosmet dona ad cœlestia vexit.  
Dona hec sunt, q; victa iaces lutulēta libido,  
Nec mea post Mariā potis es perfringere iura.  
Tu præceps ad mortis iter, tu ianua lethi,  
Corpora cōmaculans, animas in tartara mer-  
Abde caput tristiiā frigida pestis abyssō, (gis.  
Occide prostibulū, mānes pete, claudere Auér-  
In ḡtenebrosum noctis detrudere fundū. (no,  
Te voluāt subter vada flāmea, te vada nigra,  
Sulphureusq; rotet p̄ stagna sonantia vortex.

A V R . P R V D E N T .

Nec iam Christicolas, furiarū maximatētes,  
Vt purgata suo seruentur corpora Regi.

Dixerat hēc: & lēta Libidinis interfēctæ  
Morte pudicitia gladium Iordanis in undis  
Abluit infectum, sanies cui rōre rubenti  
Hēserat, & nitidū macularat vulnere ferrū.  
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro  
Victricem victrix, abolens baptisme labem  
Hostilis iuguli, nec iam contenta piatum  
Condere vaginagladium: ne sorde latenti  
Occupet ablutum rubigo scabra nitorem,  
Catholico in templo diuini fontis ad aram  
Consecrat, æterna splēdens ubiluce coruscet.

P A T I E N T I A E , E T I R A E  
congressus.

Ecce modesta grauiſtabat Patientia vultu,  
Per medias immota acies, varioſq; tumultus,  
Vulnera q; & rigidis vitalia peruvia pilis  
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.

Hāc prōcul Iratumēs ſpumati feruida rictu,  
Sanguinea intorquens ſuffuso lumina felle,  
Vt bellie exortem, teloq; & voce laceſſit,  
Impatiens q; mora conto petit, increpat ore,  
Hirsut as quaticēs galeato in vertice crīſtas.

En tibi Martis, ait, ſpectatrix libera nostri,  
Excipe mortiferum ſecuro pectore ferrum.  
Nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorem.

Sic

PSYCHOMACHIA.

Sic ait, & stridens sequitur conuitia pinus  
Per teneros crispatos notos, & certa sub ipsum  
Defertur stomachum, rectoq; illuditur ictu:  
Sed resilit duro loricæ excussa repulsa.  
Prouida nā Virtus conserto adamante trilicē  
Induerat thoraca humeros, squamosaq; ferri  
Texta pertintortos cōmiserat vndiq; neruos. + innume-  
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes ros.  
Telorum nimbos, & non penetrabile durans,  
Nec mota est iaculo mōstri sine more furētis,  
Oppieriens proprijs peritur am viribus iram.  
Scilicet indomitos post quam stomachando la-  
certos  
Barbarabellatrix impenderat, & iaculorum  
Nube superuacuam lassauerat irrita dextrā,  
Cū ventosaleui cecidissent tela volatu,  
+ Ictibus & vacuis hastilia fracta iacerent: + Iactibus.  
Vertitur ad capulum manus improba, & ense  
corusco  
Connixa in plagam, dextra sublimis ab aure  
Erigitur, mediumq; ferit librata cerebrum.  
Aere a sed cocto cassis formata metallo  
Tinnitus percussa refert, aciemq; retundit  
Dur a resultātem, frangit quoq; vena rebellis  
Illi sum chalybem, dum cedere nescia cassos  
Excipit assultus, ferienti & tutare resistit.  
Ira, ubi truncati mucronis fragmina vidit,  
Et procul in partes ensem crepuisse minutas:  
Iam

Iam capulū retinente manusine pōdere ferri,  
 Mentis inops, ebur infelix, decorisq; pudendi  
 Persida signa abicit, monimentaq; tristia lōge  
 Spernit, & ad ppriū succēditur effera lethū,  
 Missile de multis, quæ frustra sparserat, unū  
 Puluere de campi peruersos sumit in usus,  
 Rasile figit humi lignum, ac se cuspidē versa  
 Perfodit, & calido pulmonē vulnerē transit.

Quā super assistens Patientia, vicimus, in-  
 Exultans vitiū solita virtute, sine ullo cōquit,  
 Sanguinis, ac vitæ discrimine, lex habet istud  
 Nostra genus belli, Furias, omnemq; malorū  
 Militiā, & rabidas tolerādo extingere vires.  
 Ipsa sibi est hostis Vesania, se q; furendo  
 Interimit, moriturq; suis Ira ignea telis.

Hæc effata secat medias impunè cohortes  
 Egregio comitata viro: nam proximus Job  
 Hæserat invictæ dura inter bella magistræ,  
 Frōte seuer? adhuc, et multo funere anhelus,  
 Sed iam clausa truci subridens ulceræ vultu,  
 Per q; cicatricum numerum sudata recensens  
 Milia pugnarum, sua præmia, dedecus hostis.  
 Illum Diua iubet tādem requiescere ab omni  
 Armorū strepitū, captis, & perdita quæ sunt  
 Multiplicare opibus, nec iā peritura referre.  
 Ipsa globos legionum, & concurrentia rumpit  
 Agmina, vulniferos gradiens intacta per im-  
 Omnib. una comes virtutib. associatur, (bres,

Auxi-

PSTCHOMACHIA.

Auxiliumq; suum fortis Patientia miscet.  
Nulla anceps luctamen init virtute sine ista  
Virtus, nā vidua est, quā non patiētia firmat.

SUPERBIAE, ET HUMI-  
litatis pugna.

Fortè per effusas inflata Superbia turmas  
Effreni volitabat equo, quem pelle leonis  
Texerat, & validos villis onerauerat armos:  
Quo se fulta iubis iactantius illa ferinis  
Inferret, tumido despectans agmina fastu.  
Turritum tortis caput accumularat in altum  
Crinibus, extuctos augeret ut addita cirros  
Congeries, celsumq; apicē frons ardua ferret,  
Carbasea ex humeris summo collecta coibat  
Palla sinu, teretem nectens à pectore nodum.  
Aceruice fluens tenui velamine limbis  
Concipit\* infestas textis turgentibus auras. \* Ingestas.  
Nec min⁹ instabilis onipes feritate superbit  
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.  
Huc illuc frendens obuertit terga, negata  
Libertate fugae, pressisq; tumescit habenis.  
Hoc sese ostentans habitu ventosa virago  
Inter utrāq; aciē supereminet, & phaleratū  
Circunflectit equū, vultuq; & voce minatur,  
Aduersum spectans cuneum, quē milite raro,  
Et paupertinis ad bella coegerat armis  
Mens humiliis, Regina quidē sed egens alieni  
Auxilijs,

AVRELII PRUDENTII

Auxiliū, proprio nec sat confisa paratu.

Spem sibi collegam coniunxerat, edita cuius  
Et suspēsa ab humo est Opulētia diuite regno.  
Ergo humilem post quam malesana Superbia  
mentem

Vilibus instructam nullo ostentamine telis  
Aspicit, in vocem dictis se fundit amaris.

Non pudet ô miseri plebeio milite claros  
Attentare duces? ferroq; laceſſere gentem  
Inſignem titulis? veteres cui bellicā virtus  
Diuitias peperit? lātos & gramine colles  
Imperio calcare dedit?\* unde aduena nudus  
Nititur antiquos (ſi fas eſt) pellere reges?  
En, qui noſtra ſuis in prādam cedere dextris  
Sceptra volūt, en qui noſtroſ ſulcare nouales,  
Aruaq; capta manu popularier hospite aratro  
Contendunt, duros & pellere marte colonos.  
Nempe ô ridiculum vulgus, natalibus horis  
Totum hominem, & calidos à matre ample-  
ctimur artus,

Vimq; potestatū per membrare recentis alumni  
Spargimus, & rudibus dominamur in oſib; omnies.

Quis locus in noſtra tunc vobis ſede dabatur,  
Congenitis cum regna ſimul ditionibus aequo  
Robore crescebant? natinam luce ſub una  
Etdomus, et Domini parib. adoleuimus annis:  
Ex quo plasma nouum de conſepto paradisi

Limite

PSYCHOMACHIA.

Limite progrediens amplum transfugit in  
orbem,

Pellitos q̄ habitus sumpsit venerabilis Adam,  
Nudus adhuc, ni nostra foret præcepta se-  
quutus.

Quisnā iste ignotis nūc hostis surgit ab oris  
Importunus, iners, infelix, degener, amens,  
Qui sibi tā serū ius vindicat, hac tenuis exul?  
Nimirum vacuæ creduntur fruola famæ,  
Quæ miseros optare iubet quandoq; futuri  
Spem fortasse boni, lenta ut solatia mollem  
Desidiam pigrorum rerum medicamine palpent.  
Quid ni illos spes palpet iners, quos puluere  
in istos

Tirones Bellona truci non excitat ære,  
Imbellis q̄ animos virtus tepefacta resoluit?  
Anne pudicitiae gelidum iecur utile bello est?  
Ant tenerum pietatis opus sudatur in armis?  
Quā pudet o Mauors, & virtus conscientia, talē,  
Contrastare aciem, ferroq; laceſſere nugas,  
Accum virgineis dextram conferre choreis,  
Iustitia est ubi semper regens & pauper Ho-  
Arida Sobrietas, albo\* Ieiunia vultu, (nestas, \*ieiunaq;  
Sanguine vix tenui pudor interfusus, aperta  
Simplicitas, & ad omne patens sine tegmine  
vulnus,

Et prostrata in humum, nec libera iudice sese  
Mens humiliſ, quā degenerē trepidatio pdit.

C

Faxo

A V R. P R V D E N T.

Faxo ego subpedibus stipularū more teratū  
In ualida ista manus, neque enim perfringere  
duris

Dignamur gladijs, algēti & sāguine ferrū  
Imbuere, & fragili vires fēdere triumpho.

Talia vociferās rapidum calcaribus urget  
Cornipedem, laxisq; volat temeraria frenis,  
Hostē humilē cupiēs impulsu vmbonis equini  
Sternere, deiectamq; super calcare ruinam.

Sed cadit in foueā p̄ceps, quā callida fortē  
Fraus interciso suffoderat æquore furtim.

Fraus detestandis vitiorum ē pestibus una,

Fallendi versuta opifex, quæ præsciabelli

Planiciem scrobibus violauerat insidiosis,

Hostili de parte latens, ut fossa ruentes

Exciperet cuneos, atque agmina mersa vora

Ac nefallacem puteum deprēdere posset (ret.

\*Cauta \*Clara acies, virgis adopertas texerat oras,

Et super imposito simulārat cespite campum.

At regina humili quāuis ignara manebat  
Ulteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum

Venerat, aut foueā calcarat furtā malignā.

Hunc eques illa dolū dū fertur præpete cursu  
Incidit, & cæcum subito patefecit hiatum.

Prona ruētis equi ceruice inuoluitur, ac sub  
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur

At virtus placidi moderaminis, ut leuitatē  
Perspicit obtritam monstris sub morte iacētis

Inten-

PSYCHOMACHIA.

Intendit gressum mediocriter, os quoq; parçè  
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.  
Cunctati Spes fida comes succurrit, & offert  
Ultorem gladium, laudisq; inspirat amorem:  
Illa cruentatam correptis crinibus hostem  
Protrahit, & faciem lœuare uocâte supinat.  
Tunc caput orantis flexa ceruice resectum  
Eripit, ac madido suspendit colla capillo.

Extinctum vitium sancto Spes increpat ore,  
Desine grāde loqui, frāgit Deus omne supbū,  
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta  
premuntur.

Disce supercilium deponere, disce cauere  
Ante pedes foueā, quisquis sublime minaris.  
Peruulgata viget nostri sententia Christi,  
Scandere celsa humiles, & ad imare dire fe-  
roces.

Vidimus horrendum mēbris, animisq; Goliā  
Inualida cecidisse manu, puerilis in illum  
Dextera fundali torsit stridore lapillum,  
Transiectāq; cauo penetravit vulnere frōtē.  
Ille minax, rigid, iactās, truculētus, amarus,  
Dū tumet indomitū, dū formidabile feruet,  
Dum sese ostēt at clypeo, dum territat aurās,  
Expertus pueri quid possint ludicra parui,  
Succubbit teneris bellator turbidus armis.  
Me tunc ille puer virtutis pube sequitus  
Florētes animos surſū in mea regna tetēdit,

A V R . P R V D E N T .

T quia. Seruatur quia certa mihi domus omnipotētis  
Sub pedibus Domini, meq; ad sublime vocantē  
Victores casaculparum labē capessunt.

Dixit, & auratis perstringens aëra pennis  
In cælum se virgo rapit, mirantur euntē  
Virtutes, tollunt q; animos in vota, volentes  
Ire simul, ni bella duces terrenare retardent.  
Configunt vitijs, se q; ad sua præmia seruant.

L V X V R I A E , E T S O -  
brietatis pugna.

Venerat occiduis mundi de finibus hostis  
Luxuria, extincta iam dudum prodigia fame,  
Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,  
Perdita delityjs, vita cui causa voluptas  
Elumbem mollire animū, petulanter amœnas  
Haurire illecebras, & fractos soluere sensus.  
Et tūc peruigilem ructabat marcida cœnam:  
Sub lucem quia fortè iacēs ad ferculara uoces  
Audierat lituos, at q; inde tepential linquens  
Pocula, lapsanti per vina, & balsama gressu  
Ebria calcatis, ad bellum floribus ibat.

Non tamen illa pedes, sed curru inuecta  
venusto

Sauciamirantum capiebat corda virorum.  
Onoua pugnandi species, non ales harundo  
Neruo pulsa fugit, nec stridula lancea torto  
Emicat amento, frameā nec dextra minatur.

Sed

PSYCHOMACHIA.

Sed violas lasciuai acit, folijsg, rosarum  
Dimicat, & calathos inimica per agmina  
fundit.  
Inde e blanditis virtutibus, halitus illex  
Inspirat tenerum labefacta per ossa venenū.  
Et male dulcis odor domat ora, & pectora, &  
arma,

Ferratosq; toros obliso robore mulcet.  
Dei ciunt animos, ceu vieti, & spicula ponūt  
Turpiter, heu dextris languentibus obstupe-  
facti,  
Dum currum varia gēmarum luce micātem  
Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,  
Et solido ex auro preciosi ponderis axem  
Defixis inhiant obtutibus, & radiorum  
Argento albentem sēriem, quā summa rotarū  
Flexura electri pallentis continet orbe.  
Et iam cuncta acies in deditio nis amore m  
Sponte sua versis transibat perditas signis,  
Luxuria seruire volens, dominaq; fluentis  
Iura pati, & laxa ganeorum lege teneri.

In gemuit tam triste nefas fortissima virtus  
Sobrietas, dextro socios decedere cornu,  
Inuictamq; manum quōdam sine cāde perire.  
Vexillū sublime Crucis, quod in agmine pri-  
mo

Dux bona prætulerat, defixa cuspide sifit,  
Instaurat q; leuem dictis mordacibus alam,

A V R . P R V D E N T .

Extimulans animos nunc pbris, nunc prece  
mixta.

Quis furor insanas agitat caligine mentes?  
Quo ruitis? cui colla datis, quæ vinculat andē  
Proh pudor, armigeris amor est pferre lacer-  
Lilia luteolis interlucentia sertis      (tis?)  
Et ferrugineo venantes flore coronas?  
His placet assuetas bello iam tradere palmas  
Nexibus? his rigidas nodis innectier vlnas?  
Vt mitra Cæsariem cohibens aurata virilem  
Combibat infusum croceo religamine nardū  
Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ  
Vnguentū regale datū est, & chrisma perēne?  
Vt tener incessus vestigia syrmate verrat,  
Sericaq; infractis fluitent ut pallia membris  
Post immortale tunicam, quam pollice docto  
Texuit alma fides, dans impenetrabile tegmē  
Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.  
Ite ad nocturnas epulas, ubi cantarus ingens  
Despuit effusis pumantia damna falerni  
In mensam cyathis stillatibus, vda ubi multo  
Fulcra mero veteriqt; toremata rōre rigātur  
Excidit ergo animis eremis sitis, excidit ille  
Fons patrib; de rupe datus, quē mystica virga  
Elicuit scissis salientem ē vertice saxi:  
Angelicusne cibus prima in tētoria nostris  
Fluxit auis, quem nunc sero felicior ævo  
Vespertinus edit populus de corpore Christi?

His

PSYCHOMACHIA.

His vos imbutos dapibus iam crapula turpis  
 Luxuria ad madidū rapit importū alupanar,  
 Quosq; viris non ira fremens, \* nō idolabello \* Ald ido-  
 Cedere compulerant, saltatrix ebria flexit. laq;  
 State precor vestri memores, memores quoq;  
 Christi,

Quæ sit vestratibus, quæ gloria, quis Deus,  
 & rex,

Quis Domin⁹, meminisse decet. Vos nobile Iuda  
 Germen ad usq; Deigenitricē, qua Deus ipse  
 Natus homo, procerum venisti sanguine lōgo.  
 Excitat egregias mentes celeberrima David  
 Gloria continuus bellorum exercita curis.

Excitat & Samuel, spoliū qui diuite ab hoste.  
 Attrectare vetat, nec victum viuere Regem  
 Incircuncisum patitur, ne præda superstes  
 Victorē placidum rediuita in prælia poscat.  
 Parcere iam capto crimen putat ille tyranno.  
 At vobis contra vinci, & succubere votū est,  
 Pœniteat, per si quam mouet reuerentia summi  
 Numinis, hoc tā dulce malū voluisse nefāda  
 Proditione sequi, si pœnitet, haud nocet er-  
 Pœnituit Ionathan ieiunia sobria dulci (ror.  
 Conuiolasse fauo sumpto, mellisq; sapore  
 Heu male gustato, regni dū blāda voluptas  
 Oblectat iuuenem, iurataq; sacra resoluit.  
 Sed quia pœnituit, nec sors lacrymabilis ullæ  
 Nectinguit patrias sētētias seu a secures. (est,

A V R . P R V D E N T .

En ego Sobrietas ( si conspirare paratis )  
Pando viā cunctis virtutibus, ut male suada  
Luxurias multo st̄ ipata satelliū e pœnas  
Cum legione sua Christo sub iudice pendat.  
Sic effata Crucem Domini feruētibus offert  
Obvia quadrigis, lignum venerabile in ipsos  
Intentans frenos, quod ut expauere feroceſ  
Cornibus expansis, & summa fronte coruscū,  
Vertunt precipitem cæca formidine fusi  
Per prærupta fugā, fertur resupinareductis  
Ne quicquam loris auriga, comasq; madentes  
Puluere fœdat humi, tunc & vertigo rotarū  
Implicitat excussam Dominam: nam prona sub  
axem

Labitur, & lacero tardat sufflamine currum.  
Addit Sobrietas vulnus lethale iacenti,  
Conyciens silicem rupis de parte molarem.  
Hunc vexillifer æ, quoniam sors obtulit, ictū,  
Spicula nulla manis, sed belli insigne gerenti  
Casus agit saxum, medij spiramen ut oris  
Frangeret, & recauo misceret labra palato,  
Dentibus introrsum resolutis, lingua resectā  
Dilaniata gulam frustis & sanguine complet.  
Insolitis dapibus crudescit guttur, & ossa  
Colliquefacta vorans reuomit, quas hause-  
rat, offas.

Ebibe iā propriū post pocula multa cruore,  
Virgo ait increpit : ns , sint hæc tibi fercula  
temporis

Tri-

PSYCHOMACHIA.

Tristia preteriti nimis sub luxibus aui.  
Lascivas vita illecebras gustatus amaræ  
Mortis, & horrifico sapor ultimus asperet  
haustu.

Cæde ducis dispersa fugit trepidante pauore  
Nugatrix acies. Iocus, & Petulantia primi  
Cymbala projiciunt: bellum nā talibus armis  
Ludebant resono meditantes vulnera systro.  
Dat tergū fugitiuus Amor. lita tela veneno,  
Et lapsu ex humeris arcum, pharetramq;  
cadentem

Pallidus ipse metu sua post vestigia linquit.  
Pompa ostentatrix vani splendoris, inani  
Exuitur nudata peplo, discissa trahuntur  
Serta venustatis, colliq; ac verticis aurum  
Soluitur, & gemmas discordia dissonatur pat.  
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta  
Ire Voluptatem: quoniam vis maior acerbam  
Compellit tolerare fugam: formido pericli  
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas  
Qua se cung; fugax trepidis fert cursibus  
agmen,

Dana iacent, crinalis acus, redimicula, vittæ,  
Fibula, flāmeolū, strophiū, dyadema, monile.  
His se Sobrietas, & totus Sobrietatis  
Abstinet exuuijs miles, damnataq; castis  
Scādala proculcat pedibus, nec fronte seueros  
Connuente oculos prædarū ad gaudia sectit.

AVR. PRUDENT.

AVARITIAE, ET LARGI-  
tatis pugna.

Fertur Avaritia gremio praeincta capaci,  
Quicquid edax luxus pretiosū liquerat unca  
Corripuisse manu, pulchra ad ludibria vasto  
Ore inhians, auriq; legens fragmenta caduci  
Inter arenarum cumulos, nec sufficit amplos  
Impleuisse sinus, iuuat infarcire crumenis  
Turpe lucrum, & grauidos furtis distendere  
fiscos,

Quos laua calante tegit, laterisq; sinistri  
Velat oprimento: velox nam dextra rapinas  
Abradit, spolijsq; ungues exercet abenos.  
Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,  
Corruptela, dolus, commeta, insomnia, sordes,  
Eumenides furiae, monstri comitatus agutur.  
Nec minus inter e rabidorum more luporum  
Crimina persulant toto grassantia campo,  
Matris Avaritiæ nigro de lacte creata.  
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis  
Germanus vidit commilito, non timet enssem  
Exerere, atq; caput socio mucrone ferire,  
De consanguineo rapturus vertice gemmas.  
Filius extinctum belli sub sorte cadauer  
Aspergit si forte patris fulgentia bullis  
Cingula, & exuia gaudet rapuisse cruetas,  
Cognatam ciuilis agit discordia prædam,  
Nec parcit proprijs amor insatiatus habendi

Pigno-

PSYCHOMACHIA.

Pignoribus, spoliatq; suos fames impianatos.

Talia per populos edebat funera victrix  
Orbis Avaritia, sternens centena virorum  
Milia vulneribus varijs, huc lumine adepto,  
Effossisq; oculis velut in caligine noctis  
Cecum errare sinit, perq; offensacula multa  
Ire, nec oppositum baculo tentare periculum.  
Porro alium capit intuitu, fallitq; videntem,  
Insigne ostentans aliquid, quod dum petit ille,  
Excipitur telo incautus, cordisq; sub ipso  
Saucius occulto ferrum suspirat adactum.

Multos præcipitans in aperta incendia cogit,  
Nec patitur vitare focos, quibus astuat aurum,  
Quod petit arsur pariter speculator auarus.  
Omne hominum rapit illa genus, mortalia  
cuncta

Occupat interitu, neq; enim est violenter ullu  
Terrarum vitium, quod tantis cladibus euum  
Mundani inuoluat populi, dñetq; gehennæ.  
Quin ipsostetare manu (si credere dignu est)  
Ausfa sacerdotes Domini, qui prælia forte  
Ductores primā ante aciē pro laude gerebāt  
Virtutum, magnoq; implebant classica flatus.  
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,  
Ni Ratio armipotens gentis Leuitidis una  
Sēper fida comes clypeum obiectasset, & atræ  
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.  
Stant tuti rationis ope, stant turbine ab omni

Immunes, fortesq; animi, vix incute summa  
 Perstringens paucos tenui de vulnere ludit  
 Cuspis Auaritiae. Stupuit lues improba castis  
 Heroum iugulis longe sua tela repelli  
 Ingemit, & dictis ardens furialibus infit,  
 Vincimur heu segnes, nec nostra potentia  
 præfert

Vim solitam, languet violentia saeuia nocendi,  
 Sueuerat inuictis que viribus omnia ubique  
 Rumpere corda hominum. Nec enim tam fer  
 rea quenquam

\*Durauit. \*Formauit natura virum, cuius rigor era  
 Sperneret, aut nostro foret impenetrabilis  
 auro.

Ingenium omne neci dedimus, tenera, aspera,  
 dura,

Docta, indocta simul, bruta, & sapientia, nec  
 non

Casta, incesta mea & patuerūt pectora dextra.  
 Sola igitur rapui quicquid Styx abdit auaris  
 Gurgitibus, nobis ditissima tartara debent  
 Quos retinent populos, quod voluunt sacula  
 nostrum est,

Quod miscet mundus vesana negotia, nostrū  
 est.

Qui fit, præualidas quod pollens gloria vires  
 Deserit, & cassos ludit fortuna lacertos?  
 Sordet Christicolis rutilantis fulua monetæ  
 Effigies

PSYCHOMACHIA.

Effigies, sordēt argenti emblemata, & omnis  
Thesaurus nigrante oculis vilescit honore.  
Quid sibi docta volunt fastidia? nōnne trium  
phum

Egimus è Scarioth\* magnus qui discipulorum \* summus  
Et coniuua Dei, dum fallit fædere mensæ  
Haudquaquam ignarum, dextramq; parop-  
side tinguit,

Incudit in nostrum flammante cupidine telū,  
Infamem mercatus agrum de sanguine ami  
Numinis, obliso luiturus iugera collo. (c:  
Viderat & Hiericho propriainter funera,  
quantum

Posset nostra manus, cū victor cōcidit Achār,  
Cædibus insignis, murali & strage superbus,  
Succubuit capto victis ex hostibus auro,  
Dū vetitis insigne legens anathema fauillis,  
Mæstā ruinārum spolia insatiabilis haurit:  
Non illum generosa tribus, non plebis auitæ,  
Iuuit Iuda parens, Christo quandoq; appinquo  
Nobilis, & talifælix Patriarcha nepote.

Quis placet exemplum generis, placeat quo-  
que forma,

Exitij sit pœna eadem quib. & genus vñū est.  
Quid moror aut Iudæ populares, aut popula-  
res

Sacricolæ summi (summus nam fertur Aarō)  
Fallere fraude aliqua Martis congressibus  
impar.

Nil

AVR. PRVIDENT.

Nil refert, armis contingat palma, dolisve.  
Dixerat, & toruā faciem, furialiaq; arma  
Exuit, inq; habitū, sese trāsformat honestū.  
Fit virtus specie, vultuq; & veste seuera:  
Quam memorāt frugi, parcē cui viuere cor  
di est,

Et seruare suum, tanquam nil raptet auarè,  
Artis adumbratae meruit ceu sedula laudē,  
Huius se specie mendax Bellona coaptat.

No ut auara lues, sed virtus parca putetur,  
Necnon & tenero pietatis tegmine crines  
Obtegit anguineos, ut candida palla latentē  
Disimulet rabiem, diroq; obtenta furori,  
Quod rapere, & clepere est, audeq; abscon-  
dere parta,

Natorum curam dulci sub nomine iactet:

Talibus illudēs, male credula corda virorū  
Fallit imaginibus, mōstrum ferale sequuntur,  
Dū credūt virtutis opus, capit impia Erinnys  
Cōsensu faciles, manicisq; tenacibus arctat.  
Attonitis ducibus, perturbatisq; maniplis  
Nutabat virtutum acies errore biformis  
Portenti, ignorās, quid amicum credat in illo,  
Quidve hostile\* vocet. lethum versatile &  
anceps

Lubricat incertos dubia sub imagine visus.  
Cūm subito in mediū frēdēs miseratio cāpū<sup>\*notet.</sup>  
Profilit auxilio socijs, pugnamq; capessit

Mili-

PSYCHOMACHIA.

Militia & postrema gradu, sed sola duello  
Impositura manum, ne quid iam triste suspirat.  
Omne onus ex humeris reiecerat, omnibus  
ibat

Nudata exuuijs, multo & se fasce leuarat, \*induuijſ.  
Olim diuitijs, grauibusq; oppressa talentis,  
Liber a nunc miserando inopes, quos larga be-  
nigne

Fouerat, effundens patrium bene prodiga  
censem,

Iam loculos ditata fide spectabat inanes,  
Aeterna numeras reddituro fænore summā.  
Horruit inuidet & Virtutis fulmen, \*inopsq;  
Mentis Avaritia stupefactis sensibus hæsit,  
Certa mori, nā quæ fraudis via restat, ut ipsa  
Calcatrix mundi mundanis victa fatiscat  
Illecebris, spretoq; iterum se implicit auro?  
Inuadit trepidam Virtus fortissima duris,  
Vlnarum nodis, obliſo & gutture frangit  
Exanguem, siccumq; gulā, compressa ligatur  
Vinclalacertorum sub mentum, & faucibus  
arctis

Extorquēt animam, nullo quæ vulnere raptā  
Palpitat, atq; aditus spiraminis intercepto  
Inclusam patitur venarum carcere mortem.  
Illa reluctanti genibusq;, & calcibus instans  
Perfodit & costas, atq; ilia rumpit anhela:  
Mox spolia extincto de corpore diripit, auri  
Sor-

A V R. P R V D E N T.

Sordida frustarudis, nec adhuc fornacere=  
coētam

Materiem, tincis etiam marsupia crebris  
Exesa, & virides obducta ærugine numos  
Disspergit seruata diu victrix & egenis  
Dissipat, ac tenues captiuo munere donat.  
Tunc circumfusam vultu exultante coronam  
Respiciens, alacris media inter milia clamat:  
Soluite procinctū iusti, & discedite ab armis,  
Causa malitanti iacet imperfecta, lucrandi  
  
illuie. \* Ingluuie pereunte, licet requiescere sanctis.  
Summa quies, nil velle super quam postulet  
usus

\* Ald. na- Debitus, ut simplex alimonia, vestis & una  
turam. infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus,  
\* ito. Expletumq; modū naturæ non trahat extra.

Ingressurus iter per am ne tollito, neue  
De tunica alterius gestamine prouidus\* esto,  
Nec te sollicitet res crastina, ne cibus aluo  
Defuerit, redeunt escæ cum sole diurnæ.

Non né vides ut nulla auīū cras cogitet? ac se  
Pascendam, præstante Deo, non anxia credat?  
Confidunt volucres viclum non defore viles,  
Passeribusq; subest modico venalibus asse  
Indubitata fides, Dominum curare potentem  
Ne pereant. Tu cura Dei, facies quoq; Christi,  
An dubitas ne te tuus unquā deserat autor?  
Ne trepidate homines, vita dator, est dator  
escæ.

Quærite

PSYCHOMACHIA.

Quarite luciferum cœlesti dogmate pastum,  
Qui spem multiplicans alat \* inuolabilis eui \* insatia-  
Corporis immemores, memor est, qui condidit bilis,  
illud,

Suppeditate cibos, at q̄ indiga membra fouere.

His dictis curæ emotæ, metus, et labor, et vis,  
Et scelus, & placidae fidei fraus inficiatrix  
Depulsa vertere solum. Pax inde fugatis  
Hostibus alma abigit bellū, discingitur omnis  
Terror, & auulsi exfibulat ilia Zonis.

Vestis ad usq; pedes descendens defluit imos,  
Temperat & rapidum priuata modestia gres-  
sum.

Cornicinū curua æra silent, placabilis implet  
Vaginam gladius, sedato & puluere campi  
Sudare dit facies, liquidae sine nube diei  
Purpuream videoas cœli clarescere lucem.

Agmina casta simul vultū sensere tonantis:  
Arridere hilares pulso certamine turmæ,  
Et Christum gaudere suis victoribus arcem  
Aetheris, ac \* portum famulis aperire pro-\* patrium.  
fundum.

Dat signum felix Concordia, reddere castris  
Victrices aquilas, at q; intentoria cogi.

Nunquam tāta fuit species, nec par Deus ulli  
Militiae cùm dispositis bifida agmina longè  
Duceret ordinibus, peditū psallente caterua,  
Ast alia de parte equitū resonantibus hymnis.

D

Non

A V R. P R V D E N T.

Non aliter cecinit respectans victor hiantem  
Israel rabiem ponti post terga minantis  
Cum iam progrediens calcaret littora secco  
Ulterior a pede stridensq; per extima calcis  
Mons rueret pendentis aquæ, nigrosq; relapo  
Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo,  
Ac refluxe sinu iam redderet undanatum  
Piscibus, & nudas præceps operiret arenas.  
Pulsauit resono modulantia tympana plectro  
Turba Dei celebrans mirum ac memorabile  
seclis

Omnipotentis opus, liquidas interfretaripas  
Fluctibus incisis, & subsidente procella  
Crescere, suspensosq; globos potuisse teneri.  
Sic expugnata vitiorum gente, resultant  
Mystica dulcimodis virtutum carmina psal-  
mis.

Ventum erat ad fauces portæ castrensis, ubi  
arctum  
Liminis introitum bifori dant cardine clau-  
stra.

## CONCORDIAE, ET DISCOR- diæ pugna.

Nascitur hinc inopina mali lachrimabilis astu  
Tempestas, placida turbatrix inuida Pacis:  
Quæ tatum subita vexauit clade triumphū.  
Inter confertos cuneos Concordia fortè  
Dum stipata pedem iā tutis mœnibus infert,  
Exci-

A V R. P R V D E N T.

Excipit occultum vitij latitantis ab ictu  
Mucronē leuo in latere, squalentia quamuis  
Texta catenato ferri subtegmine corpus  
Ambirent, sutis & acumen vulneris hamis  
Respuerent, rigidis nec filata tenacia nodis  
Impactum sineret penetrare in viscera telū.  
Rara tamen chalybē tenui trāsmittere puncto  
\*Commissura dedit, qua se se extrema politæ \*Ald. Con-  
Squama ligat tunicae, sinus et sibi cōserit oras. iunctura.  
Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola victæ  
Partis, & incautis victoribus insidiata est.  
Nam pulsa culparum acie Discordia, nostros  
Intrarat cuneos, sociam mentita figuram.  
Scissa procul palla structū & serpēte flagellū  
Multiplici media cāporum in strage iacebat,  
Ipsa redimitos olea frondente capillos  
Ostentans, festis respondet lata choreis.  
Sed sic am sub ueste tegit, te maxima virtus  
Te solam tanto è numero, Concordia tristi  
Fraude petens. Sed nō vitalia rumpere sacri  
Corporis est licitū, summotenus extinata tactū  
Læsa cutis, tenuem signauit sanguine rium.  
Exclamat Virtus subitò turbata : Quid  
hoc est?  
Quæ manus hic inimicalatet? quæ pectora  
nostra  
Vulnerat, & ferrum tantum inter gaudia vi-  
brat?

D 2

Quid

A V R. P R V D E N T.

Quidiuuat indomitos bello sedasse furores,  
Et sanctum vitijs pereuntibus omne rece-  
ptum,

Si Virtus sub Pace cadit? Trepida agmina  
maestos

Conuertere oculos, si illabat vulneris index  
Ferrata de veste crux. mox & pauor hostem  
Comminus ast antem prodit: nam pallor in ore  
Conscius audacis facti, dat signareatus,  
Et deprensat remit languens manus, & color  
albens.

Circusstat properè strictis mucronibus omnis  
Virtutum legio, exquirens feruente tumultu  
Et genus, & nomen, patriam, sectamq; Deuq;  
Quem colat, & iussu cuiatis venerit: illa  
Exanguis, turbante metu Discordia dicor,  
Cognomento heresis. Deus est mihi discolor  
inquit.

Nunc minor, aut maior, modò duplex, & mo-  
dò simplex,

Cum placet aëreus & de phantasmate visus,  
Aut innata anima est, quoties volo ludere  
numen,

Præceptor Belial mihi fit, domus est plaga  
mundi.

Non tulit ulterius capti blasphemia mostri  
Virtutum regina Fides, sed verba loquentis  
Impedit, & vocis claudit spiramin apilo

Pollut-

PSYCHOMACHIA.

Pollutam rigida transfigens cuspede linguam.  
Carpitur innumeris feralis bestia dextris,  
Frustatim sibi quisq; rapit, quod spargat in  
auras,

Quod canibus donet, coruis quod edacibus  
ultra

Offerat, immundis cæno exhalante cloacis  
Quod tradat, monstris quod mandet habere  
marinis.

Discissum fædis animalibus omne cadaver  
Diuiditur, ruptis heresis perit horrida mem-  
bris.

Compositis igitur rerum, morumq; secundis \* postquā  
In commune bonis, \* tranquilla plebis ad tñū in ira tutā  
Contigit hac statione frui, vallo q; foueri morari Cō  
Pacificos sensus, & in ocia soluere curas:  
Extruitur media castrorum sede tribunal  
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto

Excitat in speculā, subiecta vnde omnia latē  
Liber inoffenso circunspicit aère visus.

Hunc sincera Fides, simul & Cōcordia sacro  
Fædere iurata Christi sub amore sorores,  
Conscēdunt apicem, mox et sublime tribunal  
Par sanctū, charumq; sibi, supereminet aequo  
Iure potestatis, consistunt aggere summo

Conspicua, populosq; iubent astare frequētes.

Cōcurrunt alacres castris ex omnib. omnes,  
Nulla latet pars mētis iners, que corporis ullo

AVR. PRUDENT.

Intercepta si nuper conceptacula fese  
Degeneri languore tegat, tentoria apertis  
Cūcta patent velis, reserātur carbasa, ne quis  
Marceat obscuro stertens habitator operto.  
Auribus intentis expectat concio, quidnam  
Victores post bella vocet Concordia princeps,  
Quam velit atque Fides virtutibus addere  
legem.

Erumpit primam in vocem Concordia, tali  
Alloquio: Cumulata quidem iam gloria vobis  
Opatis, o Domini fidissima pignora Christi  
Contigit: extincta est multo certamine seu  
Barbaries, sancta quæ circum se perferat urbis  
Indigenas, ferroq; viros, flamaq; premebat.  
Publica sed requies priuatis rure, foroq;  
Constat amicitijs: scissura domestica turbat  
Rem populi, titubatq; foris, quod dissidet in-  
tus.

Ergo cauete viri, ne sit sententia discors  
Sensibus in vestris, ne secta exoticatectis  
Nascatur conflata odys, quia scissa voluntas  
Confundit varijs arcana biformia fibris.  
Quod sapimus, coniungat amor: quod viui-  
mus, uno

Conspiret studio, nil dissociabile firmum est.  
Vt q; homini, atq; Deo medius interuenit Iesus,  
Qui sociat mortale patri, ne carne ad distent  
Spiritui aeterno, sitq; vt Deus unus utrumq;:

Sic

PSYCHOMACHIA.

Sic quicquid gerimus, mētisq; et corporis actus,  
Spiritus unimodis texat compagibus unus.  
Pax plenū virtutis opus, Pax summa laborū,  
Pax belli exacti pretiū est, pretiumq; pericli,  
Sydera Pace vigent, consistunt terrea Pace.  
Nil placitum sine Pace Deo, non munus ad

Aram

Cūm cupias offerre probat si turbida fratrem  
Mens impacati sub pectoris oderit antro,  
Nec si flāmiuomis Christi prō nomine martyr  
Ignibus insilias, seruans inamabile votum  
Bile sub obliqua, pretiosam proderit Iesu  
Impendisse animam, meriti quia clausula  
Pax est,

Non inflata tumet, non inuidet emula fratri.  
Omnia perpetitur patiens, at q; omnia credit.  
Nunquā laſa dolet, cuncta offensacula donat.  
Occasum lucis venia præcurrere gestit

Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.

Quisq; litare Deo mactatis vult holocaustis,  
Offerat in primis pacem, nulla hostia Christo  
Dulcior, hoc solo \* sancta ad donaria vultum \* facta.  
Munere cōvertens, liquido oblectatur odore.  
Sed tamen & niueis tradit Deus ipse colubris  
Pennatum tenera plumarum veste colubrum  
Rimante ingenio docte internoscere mixtum  
Innocuis auibus, latet & lupus ore cruento  
Lacteolam mentitus ouem sub vellere molli,

A V R . P R V D E N T .

Cruda per agninos exercens funera rictus.  
Hac se se occultant Fotinus, & Arrius arte,  
Immanes feritate lupi: discrimina produnt  
Nostra, recensque crux, quamuis de corpore  
summo,

Quid possit furtiva manus . Gemitum dedit  
omnis

Virtutum populus, casu concussus acerbo.

Tunc generosa Fides haec subdidit: Imò se-  
cundis

In rebus cesso gemitus, Concordia lœsa est,  
Sed defensa Fide, quin & Concordia sospes  
Germanam comitata Fidē, sua vulnera ridet.  
Haec mea sola salus, nihil hac mihi triste re-  
cepta,

Vnum opus egregium restat post bella labori  
O proceres, regni quod tandem pacifer hæres  
Belligeri, armatae successor inermis & aulae  
\*Instruxit.

\*Instituit Solomon: quoniā genitoris anheli  
Fumarat calido regum de sanguine dextra.

Sanguine nā terso templū fundatur, & ara  
Ponitur auratis Christi domus ardua tectis.

Hierusalem templo tunc illustrata quieto

Suscepit iam diua Deum, circū vaga post quā  
Se ait marmoreis fundata altaribus arca.

Surgat & in nostris tēplū venerabile castris,  
Omnipotens cuius sanctorum sancta reuusat.

Nā quid terrigenas ferro pepulisse phalāges

Cul-

PSYCHOMACHIA.

Culparum prodest, hominis si filius arce  
Aetheris illapsus, purgati corporis urbem  
Intret inornatam, templi splendentis egenus?  
Hactenus alternis sudatum est comminus ar-  
mis,

Munia nunc agit et tacita etoga cädida Pacis,  
Atq; sacris ædem properet distincta iuuëtus.

Hec ubi dicta dedit, gradib. Reginas superbis  
Desiliit, tantiq; operis Concordia consors  
Metatura nouum iacto fundamine templum:  
Aurea planiciem spatijs percurrit arundo  
Dimensis, quadrēt ut quatuor undiq; frôtes,  
Ne commissuris distantibus angulus impar  
Argutam mutilet per dissona symmetra nor-  
mam.

Aurora de parte tribus plaga lucida portis  
Illustrata patet, triplex aperitur ad Austrum  
Portarum numerus, tres occidualibus offert  
Ianua trina fores, toties Aquilonis ad axem  
Panditur alta domus: nullum illic structile  
saxum,

Sed caua per solidum, multoq; forata dolatis  
Gemmae lucenti limen complectitur arcu,  
Vestibulumq; lapis penetrabile concipit unus.  
Portarum summus inscripta in postibus auro  
Nomina apostolici fulgent bissenâ Senatus.  
Spiritus his titulis arcana recondita mentis  
Ambit, & electos vocat in præcordia sensus,

Quaqu, hominis natura viget (quam corpore  
toto

Quadrua vis animat) trinis ingressibus arā  
Cordis adit, castis qu, colit sacraria votis:  
Seu pueros Sol primo agat, seu feruor ephebos  
Incendat nimius, seu consummabilis æui  
Perficiat lux plena viros, siue algida Borre  
Aetas, decrepitā vocet ad pia sacra senectā:  
Occurrit trinū quadrina ad compita numen,  
Quod bene discipulis disponit rex duodenis.

Quin etiā totidē gemmarū insignia textis  
Parietibus distincta micat, animas qu, colorum  
Viuentis liquido lux euomit alta profundo.  
Ingens chrysol.tus natiuo interlitus auro,  
Hinc sibi sapphirum sociauerat, inde beryllū,  
Distantes qu, nitor medius variabat honores.  
Hinc chalcedō hebes pfunditur ex hyacinthi  
Lumine vicino, nam fortè cyanea propter  
Stagna lapis cohicens, ostro fulgebat aquoso.  
Sardonychē pingūt amethystina, pingit iaspis  
Sardoniu*m* iuxta appositum, pulcher qu, topazō.  
Has interspecies smaragdina gramine verno  
Prata virent, voluit qu, vagos lux herbida flu-  
ctus.

Tecumque, conspicuū structura interserit ardēs  
Chrysoprase, & sydus saxis stellatis addit.  
Stridebat grauidis funalis machina vinclis,  
Immensas rapiens alta ad fastigia gemmas.

At do-

PSYCHOMACHIA.

At domus interior septem subnixa columnis  
 Crystalli algentis vitrea de rupe recisis  
 Construitur, quarū tegit edita calculus albēs  
 In conum cæsus capita, & sinuamine subter  
 Subductus conchæ in specie, quod mille talētis  
 Margaritum ingens opibusq; & viribus arca  
 Adductis animosa Fides mercata pararat.

Hoc residet solio pollens Sapientia, & omne  
 Consilium regni celsa disponit ab aula,  
 Tutandiq; hominis leges sub corde retractat.

In manibus dominæ sceptrum, nō arte politū,  
 \* Sed lignum viuum est, viridi quod stirpe re-  
 cisum

Quamvis nullus alat terreni cespitis humor,  
 Fronde tamen viret incolumi, tum sanguine  
 tinctis

Intertexta rosis cadentia lilia miscet,  
 Nesciamarcenti florem submittere collo.

Huius forma fuit sceptri gestamen Aaron,  
 Floriferū, sicco quod germina cortice trudēs,  
 Explicuit tenerum spe pubescente decorem,  
 Ing; nouos subito\* viruit virga arida fœtus.

Reddimus aternas indulgentissime doctoř  
 Grates Christe tibi, meritosq; sacramus hono  
 Ore pio: nam cor vitiorū stercare sordet. (res  
 Tunos corporei latebroſa pericula operti,  
 Luckantissim; anime volvisti agnoscere casus.  
 Nouimus ancipites nebuloso in pectore s̄esus

Suda-

\* Sed ligna  
 viuum vi-  
 rida est.

AVR. PRUDENT.

Sudare alternis conflictibus, & variato  
Pugnarū euētu, nunc indole crescere dextrā,  
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga vita  
Deteriora trahi, sese q̄ addicere noxis  
Turpibus, & propriae iacturam ferre salutis.  
O quoties animam vitiorum peste repulsa  
Sensimus incaluisse Deo, quoties tepefactum  
Cœleste ingenium post gaudia candida tetro  
Ceſſisse è stomacho, feruent bella horrida, fer-  
uent

Oſibus, at q̄ inclusa fremit discordibus armis.  
Non simplex natura hominis: nā viscera limo  
Effigiata premunt animum. Cōtra ille sereno  
Editus afflatus nigrantis carcere cordis  
Aestuat, et sordes arcta inter vincla recusat.  
Spiritibus pugnant varijs lux, at q̄ tenebra,  
Distantes q̄ animat duplex substantia vires,  
Donec præsidio Christus Deus adſit, & omnes  
Virtutum gemmas componat ſede piata,  
At q̄ ubi peccatum regnauerat, aurea templi  
Atria conſtituens, texat ſpectamine morum  
Ornamenta animæ, quibus oblectata decore  
Aeternum ſolio diues Sapientia regnet.

F I N I S.